



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 86. Neapolim petit, Alphonsum invisurus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

solemni ritu coronatus est in Imperato- Sæcul. XV.  
rem Romanorum, necnon insignitus pal- A.C. 1452.  
lio, ense, sceptro, pomo, & corona Caroli  
magni, quæ ex Norimbergensi civitate  
hunc in finem delata fuerant. Imperatrix  
quoque post Cæsarem ex manibus Pon-  
tificis suscepit coronam, quæ olim a Mar-  
tino V. Sigismundi conjugi imposta  
fuerat. His peractis Fridericus Pon-  
tifici a Vaticana ad Sanctæ Mariæ Ec-  
clesiam, quam Transpontinam vocant, e-  
quitanti stratoris officium exhibuit, inde-  
que Papa ad Palatium redeunte, Impe-  
rator Albertum fratrem suum, pluresque  
Duces ac Comites ad Equestris ordinis  
honores promovit. Demum Nicolaus  
ad Lateranum se conferens, splendido ibi-  
dem convivio Imperatorem exceptit.

### §. LXXXVI.

*Imperator Neapolim petit Alphonsum  
invifurus.*

Altera post coronationem die Impera- Naucler. ge-  
tor unacum Conjuge sua Neapolin ner. 49.p.474  
petiit, Alphonsum Regem Imperatricis color. 2.  
ayunculum salutaturus, ubi etiam præter  
hebdomadam sanctam toto Paschate di-  
versatus est. Rex Neapolitanus, ut  
honorí sibi exhibito vices redderet, nul-  
lum erga Cæsarem liberalitatis officium  
prætermisit, eundemque magnificantia  
vere

**S**ecul. XV. vere Regia excepit. Friderico dein Ro-  
**A C 1452.** mam redeunte, Æneas Sylvius elegan-  
tissima oratione nomine Imperatoris sum-  
mo Pontifici gratias egit. Alia quoque  
ad Cardinales habita gratitudinis pensum  
exsolvit ob maxima ab eis recepta be-  
neficia. Tandem tertia omnes Principes  
ad sacrum bellum adversus Turcas hor-  
tatus est. Denique Imperator mense A-  
prili Roma discedens, Ferrariam con-  
dit, ubi Borsium Marchionem Estensem,  
(Cerat is Nicolai Marchionis Estensis Filius  
naturalis) ob copiosa illius merita ac  
heroici animi virtutem Mutinæ ac Regii  
Ducem, & Rhodinii Comitem creavit,  
eique concessit, ut gentilitio suo scuto  
Imperiale Aquilam insereret. Dedit  
quoque Paulus II, a quo anno supra mil-  
lesimum quadringentesimo septuagesimo  
Ferrariæ Dux nominatus est, ut insigui-  
bus suis claves S. Petri adderet. Hic  
idem Borsius, ne quid inde legitimis Pa-  
tris sui Filiis decederet, nunquam matri-  
monium inire voluit, quo circa eo defun-  
cto Hercules Estensis legitimo thoro ex  
Nicolao III. Duce, & Richardæ Salutia-  
rum Marchionis Filia parentibus Anno  
1433. susceptus, in hæreditatem pater-  
nam successit.

*Naucler.*  
Pag. 475.

§. LXXXVII.